



IN PISCATORIA ARMA. A Cajus Cæsar Piscatus est rete aurato, purpura, coccoque funibus nexis. Suetonius.

IN CÛRAGIUM. Prætor quidam magnificos ludos edere parabat. Hic ad ornandum chorum petiit à L. Lucullo chlamydes purpureas. Ille respondit consideratum se si haberet, daturum. Postero die rogavit, quot opus haberet. Qui cum centum diceret satis fore: postit eum bis totidem capere. Horatius dicit quinque milia, & annectit epiphonema hoc: Exilis domus est, ubi non multa supersunt, Et dominos fallant, & profunt furibus.

Plut. in Lucullo. Per hac ille consecutus est, ut inter rara luxuriz exempla tempelatis illius conferretur. Notum est illud in ore Quiritum celebre: loquitur ut Caro, vivit ut Lucullus. Sab. lib. 8. cap. 7. in Pont. cap. 4. de Splendore.

IN MORTIS INSTRUMENTA. Heliogabalus, quia ex Syriis Sacerdotibus cognoverat fore, ut violenter periret morte: in aureis vas venenum paravit: item sericeos laqueos, gemmatosque cultellos, si vel appendere se, vel jugulare, ut casus ferret, voluisset: atque, si præcipitem ex alto dare, in animum venisset, turrim auratam totam extruxit, ex marmore, atque constrato circa eam solo. Lampadius, in Sab. lib. 6. Enn. 7.

RESPECTU HOMINIS, CUJUS SUNT ACTIONES, VEL PASSIONES QUÆDAM. Prodigii in SPECTACULA, VEL EURUMQUE apparatus.

Vela in theatris ad umbram faciendam primus invenit Q. Carullus, cum Capitolium dedicaret. Carabina deinde vela primus in teatro duxisse traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. Mox Cæsar Dictator totum forum Romanum intexit, viamque sacram à domo sua ad clivum usque Capitolinum, quod munere ipso gladiatorio mirabilis visum tradunt. Deinde & sine ludis Marcellus Octavia sorore Augusti genitus, in ædilitate sua, avunculo xi. Cos. Calend. Augusti, velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes confisterent: quantum mutatis moribus Cætonis Censorii, qui sternendum quoque forum muricibus censuerat? Vela nuper colore cæli stellata per rudentes, terra etiam in amphitheatris principis C. Neronis rubente. Plin. lib. 19. cap. 1.

Eques Rom. à Juliano, curante gladiatorum munus Neronis principis, missus ad litus Oceani Germanici succini gratia, tantam invenit copiam, ut retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarentur, arma verò, & libitina, totisque unius diei apparatus esset è succino. Maximum pondus is gleba attulit xlii. librarum. Plin. lib. 37. cap. 3.

Cæsar Dictator, primus in ædilitate munere patris funebri, omni apparatu arenae argenteo usus est, ferasque argenteis vas sinecedere, tum primum visum. Mox, quod etiam in municipiis æmulantur, C. Antonius ludos scena argentea fecit. Item L. Murena, & Cæsar princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo cxxiv. Plin. lib. 33. cap. 3.

Claudius Pulcher scenam varietate colorum adumbravit, & vacuis ante pictura tabulis extenta: quam totam argento C. D. Antonius, auro Petrejus, eborè Q. Catulus prætexit. Versatiliem fecerunt Lucius, & Cinna locum, quem argentatis choragis is P. Lentulus Spinter adornavit. Translatam antea Phœnicis indutum tunicis, M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit. Val. Max. lib. 2. c. 1. & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 16.

Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus spectantium confessum byssinis velamentis, & umbraculis textit. Plin. l. 15. Val. Max. lib. 2. c. 1.

C. Jul. Cæsar Ædilis, spectacula gladiatorum, venationes, & ludos, pompas, atque convivia profusissimis sumptibus exhibuit. ut priorum munificentias omnes obliteraret, plebemque sibi obsequiosissimam efficeret, adeo ut defuncto Metello ipse sit creatus Pontifex maximus, licet potentissimos, & clarissimos viros Q. Catulum, & Servilium Isauricum haberet competitores. Suet. & Plut. Ne sol spectatoribus mollestus esset, peripetastinata serica supra extensa fuerunt: qui panni facti primo ad Barbarorum voluptatem, ab illis ad Romanos, ad muliebres delicias, fuerunt importati. Xiphil. in Cæsar.

Nero auramentata pro arena in ludis, & spectaculis stravit, & vela stellata colore cæli posuisse, totumque Pompeii theatrum in unum diem auro operuisse dicitur, quod Teridati Armenia Regi ostenderet. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 16. ex Plinii lib. 33. c. 3.

Adrianus Imperator in ludis, & spectaculis Rom. Balsama, & crocum per gradus theatri intravit fertur. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 16.

Heliogabalus circensibus ludis navale certamen dedit in curipo vini pleno. Lampridius.

POMPAS VARIAS. TUM Regias. Cleopatra Ægypti Regina ab irato M. Antonio amatore in judicium vocata, cum ex Ægypto in Ciliciam navigaret, flumen Cydnum incredibili pompa subivit. Navis ejus aurata puppi, velis passis purpureis, remigio argenteis ducto remis ad tibiarum, fistularum, & cithararum modos. Recumbebat illa sub tabernaculo auro intexto elegantem exulta, ut pingitur Venus. Pueri picis Cupidinibus affimiles hinc inde stabant, & ventulum ei faciebant. Ancillatidum, quæ forma præcallebant, Nereidum, & Gratiarum modo amictæ, partim assistebant gubernaculis, partim rudibus. Complebantur autem alii statim à fluvio ex utraque ripa comitabantur eam, alii ad spectaculum descendebant ex urbe. Ejsus forensi turba ipse denique pro tribunali sedens Antonius relictus est solus. Manavit autem per omnes rumor, & Venerem ad salutem Asiæ venire ad Bacchum comestam. Egreffam postea navi, cum pro judicio res in conviviorem certamen deducta esset, inter cætera, quæ nimis profuse, delicatæque egit, cum pepigisset cum M. Antonio se plus impense uno bolo, quam Antonium magno convivio abstumpsum: ingentem unionem, cui similis magnitudine, speciem nonquam visus erat, ab auro detraxit, atque aceto maceratum absorpsit. Et cum jam manum ad alterius auri unionem appouisset, ab Antonio, cum vicisse eam declarasset, prohibita abstinuit. Plut. in Antonio.

Nero nunquam carrucis minus mille fecisse iter tradidit, soleis mularum argenteis, canufinacis mulionibus, armillata, & phalarata cum Mæzæum turba, atque cursum. Sueton.

Heliogabalus iter privatus nunquam minus sexaginta vehiculis fecit, avia sua Vela reclamatione, quod omnia perducitur esset. Imperator verò etiam sexcenta camelorum Perfarum regem iter facere, & Neronem quingentes carrucis iter iniisse. Causa vehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, subæthorum etiam, & benèfactorum multitudo. Lampridius.

Inaugurales. M. Antonius Triumphavit duobus aureis thronis Alexandriz fabricatis, quibus argentei erant gradus, uno ipse residens, altero Cleopatra, omni multitudine ad id spectaculum circumfusa. Cleopatram Ægypti, Cypri, Lybiæ, Syriæ, Cæles Regiam appellavit, una cum ea Cæsarionem regnare jussit, quem Cleopatra ex Dictatore Cæsare conceperat. Plut. hunc posthumum fuisse significare videtur: sed Oppius, sine Hærcius in Comment. auctor est, cum Cæsar adhuc in Alexandria esset puerum ex eo, & Cleopatra natum, quem à suo nomine ille sit passus Cæsarionem vocari. Mox Antonius secundo loco suos, & Cleopatraz filios, Reges regum nominavit, assignavitque Alexandro Armeniam, Mediam, & Parthiam, Hærcio quando regna ipsa bello subigi contigisset: Ptolemæo natorum alteri Phœniciam, Syriam, & Ciliciam. Atque horum utrumque vario cultu circumtulit. Alexandrum Medica veste, & tiara prædixit, & tectum cidari, qui Medorum erat Regum habitus. Ptolemæus in crepidis processit cum chlamyde, & diademate, quo cultu usi fuerant omnes ab Alexandro Reges. Agebant hanc invidiam Cleopatraz insolentia, quæ in stola lisis se plurimum efferebat. Sabell. lib. 9. Enn. ad 6.

Leo X. eo die, quo coronam pontificiam accepit, centum aureorum numum millia effudisse fertur. Guicciard. lib. 11. Bellias.

Darii ultimi Perfarum Regis luxum in exercitus contra Alexandrum Magnum pompæ, pete ex Sab. lib. 4. Enn. 4. Alexander Magnus in ille semper habuit elephantos, defectores ejus aurum: quadringentas quadrigas oneratas, mille ducentas bigas, equitum trecenta millia: camelorum, mularum, & dromediarum innumeraibilem multitudinem, quæ vel exercitui necessaria, vel annonam vebant. Plut. Antio-

Antiochus Demetrii frater, Syriz rex, bellum Parthis ultro intulit. In quo ornando non minor luxuriz fuit, quam vi-

rium ostentatio. Octingenta millia armatorum sub signis illi fuisse dicuntur, alteriusque hominum colluvionis trecenta fuisse milia, & amplius. Argenti, & auri adeo ingens copia, ut vel gregarii milites caligas auro figerent, procularentque materiam, cujus amore careri mortales ferro dimicant. Culinarium argentea instrumenta, velut ad festas epulas, non ad bellum, exierunt. Fuit sic quoque fortuna belli Antiocho prospera. Parthis triplici prælio victis, intraque patrios fines concessis, Babyloniæ occupavit: inde pleræque recepit gentes à Phriate deficientes. Sed non multo post acie victus occubuit: Sabell. l. 1. Enn. 6.

M. Antonius, & Cleopatra classe octingentarum navium contra Octavium Epheso navigarunt Samum, ubi genio indulserunt. Ut enim regibus, dynastis, tetrarchis gentibus, & civitatibus inter Syriam, Mæotim, Armeniam, & Lauria positus indicium omnibus fuit, ut mitterent, deportarentque apparatus bellicum: ita erat injunctum cunctis, qui ludicram artem faciebant, Samum occurrere. At cum universis penè circumcitra læmentis, & gemitis orbis creparet, una per multos dies insula tibiis, & cantu personabat, ubi referat erant theatra certantibus choris. Jam ad sacrificium singule civitates boves mitebant, & certabant invicem convivis, & muneribus reges, ut sermonibus præteretur. Qui erunt in triumpho victores, cum belli tantis sumptibus celebrant apparatus? His peractis, sedes scænicæ Prienem donavit. Hinc navigavit Athenas, ubi deintegro effudit se in ludos, & spectacula. Plut. in Antonio.

Nero Cæsar in præparanda expeditione in Gallos deficientes, primam curam habuit deligendi vehicula, portandis scenicis organo, concubinasque, quas secum educeret, rondendi ad virilem modum, & securibus, pestisque Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citavit: ac nullo idoneo respondente, certum dominis ferarum numerum indixit: nec nisi ex toto cujusque familia probatissimos, ne dispensatibus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre jussit: & insuper inquilinis privatarum adium, atque insularum, pensionem annuam repræsentare fisco. Suetonius.

Triumphales Victoria. Olympia secunda, & nonagesima, cum Exænetus Agrigenis stadii victor palmam referret in patriam, curru vectum, & triumphantem concomitantes sunt præter aliam innumeram multitudinem bigæ trecentæ albis equis vectæ, Agrigeninorum omnes. Diod. lib. 13.

Legationum. Joannes Varadensis antistes à Mathia Corvino Ungaria rege missus in Galliam orator, legatum Gallorum secum reducturus, trecentos equos eodem colore omnes, & magnitudine: trecentos quoque juvenes ex universis ordinibus, & tota nobilitate delegit, qui per singulas urbes togati incederent, & purpureo cincti habitu uterentur: intoni omnes, eadem proceritate, atque conformitate. Ex his quotquot multos cernere erat: cæteros, quibus auri crines fuerant, gemmas capita feris obduetos. Supellex adhæc plusquam Pontificis. Benfinitus lib. 7. Dec. 4.

Funebris. Et vel Hominum. Harpaulus Macedo, depecculor Alexandri Magni opum, Pythionem scortum infans profecutus amore, ei mortuum statim sepulchrum triginta talentis extrui curavit. Plut. in Phocione, & Athen. l. 13. c. 23.

Nero cœtopithecum Panerotiæ feneratorem, & urbanis, rusticisque prædiis locupletatum, propè regio extulit funere. Suetonius.

Bellaarum. Ægyptii, cum feles, aut ibis, aut cornix, aut quodvis aliud animal moritur, cujus superflitioni additi sunt, sine done coniectum, & sale, atque aromatibus delibutum animal sepeliunt. Alex. ab Alex. l. 6. cap. 14. Diod. Sic. l. 2. cap. 2. de Reb. antiq.

Idem sacrum taurum, quem vocant Apim, publicè laquei magnificèque sepeliunt. Quarunt ad id delecti sacerdotum vitulum priori perfimile: quo invento, populus ludæi demum finem imponit. Post Alexandri obitum bove in Memphis in senecta mortuo, is, qui illius nutriendi curam ceperat, pecuniæ, quæ in ejus sumptum data erat, permagnam, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

ac insuper quinquaginta talenta argenti mutuò à Ptolemæo Lago sumpta, in ejus sepulchrum impendit. Diod. Sic. l. 2. c. 2. de Reb. antiq.

Alexander Magnus Bucephalo suo, qui regio ornato instructus, neminem nisi regem patiebatur inflorem, duxit exequiis, & urbem illius nomine construxit. Plin. l. 8. c. 42.

Pollarchum ferunt ad eam mollicem pervenisse, ut canes etiam, & gallos, si quibus delectatus fuisset, mortuos effigeret publicè: & amicos suos convocaret ad funus, splendideque eos sepeliret: atque erigeret in illorum monumentis columnas, quibus epitaphia eorum insculpebat. Ælian. lib. 8. Var. hist.

Corvus fuit Romæ docilis admodum, qui è cortina, ubi curiosus alebatur, in publicum evolans, Tiberium Cæsarem, Drufum, & Germanicum, totum denique Romanum populum nominatim salutavit: tanta plebis gratia, tantoque singulorum favore, ut cum eum vicinus quispiam, vel invidia, vel ira motus, occidisset, occisor ipse primum ex ea vicinia pulsus fuerit, demum à populo interfecit. Ea populi Romani fuit in corvum amicitia. Corvus autem optosis exequiis, & fo-lenni funere elatus à duobus Æthiopicis, præunte tibicine, traditus est sepulture. Plin. l. 10. c. 43.

NUPTIAS. Demades Atheniensis ditissimus, accusatus est, quòd in filii sui nuptiis regium magis, quam honesto civè dignum splendorem adhibuerit. Deceat enim in primis esse sui ipsius memorem. Pont. c. 16. de Magnificentia.

Comici illos, qui grandi, & superbo splendore cænarum, & apparatu nuptias agunt, non stabili, neque fideli connubio jungunt: velut Menander ei, qui palmis jubebat thorum geniale sepi, dixit scite: Non spectat ad sponfam, quod prædicas. Plut. lib. 4. Quasi. conviv. 3.

Antisthenes Agrigenus, cognomento Rufus, in nuptiis filiarum civibus cunctis convivia fecit, paratis per vicos, & angusta viarum, ubi quisque habitabat, opiparè mensis: tum egredientem ad virum sponfam supra octoginta juga sunt comitata. Præterea non equites modo, qui in urbe erant, verum multi ex finitimis accesserit ad nuptias oppidis, sponfam duxere. Aras, quæ in templis ubique erant, quæque per vicos, & vias in tota urbe stabant, omnes lignis extrui jussit, atque ex officinis fragmina lignorum, & farmenta congeri mandavit. Quo tempore spona educeretur, simul procedente cum facibus ingenti multitudine, urbs tota latè effusa luce in ignium splendore micabat. Publicæ deinceps, quam longo, latoque patebant progressu via, tam productò ordinum agmine procedentium turbam comitantem capere non poterant, cunctis simul magno studio celebrantibus ejus viri magnificentiam, & apparatus splendidissimum. Diod. lib. 13.

Alexandrides in Protefilao, symposium nuptiarum Iphicratis describit, qui Cotys regis Thracum filiam duxerat. Purpurea stragula in foro substrata erant. Minimum quallidos capillos habentium multitudinem infinitam propè butyrum cœnasse ferunt: lebetesque areos majores fuisse duodecim clinis lacubus: & ipsum Cotym fuscinctum, jus in choa argentea tulisse, crateresque gustantem, prius cæteris omnibus obrium fuisse. Tibia illis Antigenidam cecinisse, Argam canasse, Cephisodotum Acarnanem citharam pulsasse. Dorem dedisse duo flavorum equorum armenta, scutum aureum, phialam, Lepaliam, nivis gutturium, ollam milli, vas bulborum duodecim cubitale, centumque polypodas. Athen. lib. 4. c. 2.

Carano Macedoniz rege, nuptias in Macedonia parante, ut scribit Hippolocus Macedo, viginti convocati viri ad illas accesserunt: quorum singulis argentea phiala, cum primum sederunt, fuit donata: coronaverat autem prius omnes strigili aurea, cujus pretium erat aureorum quinque. Ubi phialarum vinum ebiberunt, panis unicuique latitudinis æque in area lance, atque Corinthiaca laborata, illatus fuit, avefene, anates, palumbi, aneres, & multa accumulatifsimè ciborum copia, quæ illi cum lancibus ipsis accipientes, pueris, qui astabant à tergo, præbuere. Plurima deinde alia, multiformiaque edulia circumferbantur. Post quæ altera rursus laxa argentea, in qua magnus inerat panis, anteres, lepores, hœdi, panesque variè laborati, columbæ, turturæ, perdicæ, & quodcumque est volatilium genus. Hæc etiam data servis. Atque cum satis cibi fumpissent, & manus lavissent, illatæ fuerunt coronæ floribus composite, in quibus omnibus aureæ erant strigiles. Hinc Proteas omnibus præbuit. Mox tibicine, citharistria, & Rhodiæ quadam sambucina ingrediuntur nudæ. Ingressa postea sunt aliz, quarum singulæ duas lecythos ungento plenas, Tt 2 aurei que





Leonatum venat ores tentoria fladiorum quinque sequi-  
A lebant, quibus feras circundantes venabantur. *Athen. lib. 12.  
cap. 18.*

VENATIONES.

Fuit Actæon, ut scripsit *Zeuxis histor. 61. Chil. 6.* Autonoe  
Cadmi, & Aristei filius, qui cum mirum in modum venatione  
delectaretur, utpote à Chirone educatus, ut ait *Apollodor. l. 2.  
fertur super saxo quodam defessus dormire solitus, quod fuit  
non procul à Megaris Plateam contendentibus, quod Actæonem  
laxum vocatum est. Scripsit Pausan. in Bæot. Actæonem  
in fonte illi saxo proximo se lavantem, Dianam vidisse: quod  
illa moleste ferens, rabie canibus Actæonis immisit, ut il-  
lum laniarent. Eam fabulam multis verbis complexus est.  
*Ovid. Metam. l. 3.* qui non super saxo illum dormire solitum  
scribit, sed in spelunca quadam fonti propinqua. Dicitur est  
in cervum conversus, & à suis canibus in Cithærone laniatus,  
quod multas assidue feras nutrebat, ut significavit Euripides  
in Bacchis. Scythichorus tradit, Actæonem cervi pelle à Diana  
tectum laniatum fuisse à canibus ad eum lacerandum incita-  
tis, ne Semel uxorem duceret. Acufilus verò, quia illam  
compresserit. Alii Actæonem non verum in cervum arbitra-  
bantur, sed opinionem canibus immisit, ut feram putarent.  
*Nat. Com. Myth. l. 6. c. 24.**

Barnabas Vicecomes Mediolani Princeps, diviserat per pa-  
gos venationibus oportunos multa millia venaticorum can-  
um, gravissimo incollarum sumptu alenda, curandaque: fe-  
vero etiam supplicio illis irrogato, qui vel strigiosiores, vel  
obefiores, vel impexis villis male curatos produxissent. *Jov. in  
eius vita.*

Alphonfus, qui ex Atagonum gente primus Neapoli re-  
gnavit, incredibile studium in alendis ad venatum canibus,  
& ad aucupium alitibus adhibuit, ut mille circiter pondo auri  
in portento illum apparatum quotannis ( ut sapè tanto  
audi) insumeret. *Sabell. lib. 8. c. 7.*

PRDIGALITAS MUNERARIA,  
EN ΔΟΣΕΙ, RESPECTU  
PERSONARUM, QUIBUS  
DANTUR. PUTA

DIIS.

C Herodotus nihil præclari tributit Creso Lydorum Re-  
gi, nisi quòd deos multis donis, & magnificis honora-  
verit. At quomodo? Fratrem cum eo Pantaleontem de re-  
gno vivo etiamnum patre disceperat: Cresum post, ut re-  
gnum ei adeptus, ex familiaribus, & amicis nobilibus  
Pantaleontis unum super tumulum dilacerasse, atque occi-  
disse, ex ejus pecunia donaria confecta diis miserit. *Plut.  
de Herodoto.*

REGIBUS.

Nero in Teridatem Regem Armeniæ octingenta nummum  
millia diurna erogavit: abeunt, super festertium milles con-  
tulit. *Suetonius.*

SACRIS HOMINIBUS.

Carthagenensis quidam civis, quamvis haberet liberos,  
omnia nihilominus sua bona Ecclesiæ testamento legaverat,  
retervato sibi tantum usufructu, dum viveret. At legato ista  
Aureliani Carthagenensis Episcopi fânctione rescissa fuit.  
*Fulg. lib. 7. cap. 7.*

Cum Ammonia domum Ecclesiæ legasset, Gregor. Magn.  
curavit eam Calixeno filio Stephanæ, ad quam jure pertine-  
bat, restitui. *Ex Gregorii l. 7. Indict. 2. Epist. 23.*

D Godofredus Bolionius, Rex Hierosolymorum, Patriarchæ  
Hierosolymitano Davidis turrem, & majorem urbis partem  
reliquerat. At Christiani Principes exequi eam partem, eum  
regno Hierosolymitano damnosam, rescularunt. *Fulg. lib. 7.  
cap. 7.*

Ludovicus XI. Gallorum Rex, postremo vitæ suæ tem-  
pore in Gallico regno, Romæque, & alibi, templis immensos  
redditus assignavit. At licet in cæteris decreta ejus majori ex  
parte servata fuerint, in hoc tamen, quod ad ecclesiasticas  
constitutiones extendebatur, ex toto, quæ sanxerat, à Se-  
natoribus Gallor. aboluta fuerunt, eum quæ nimium profusa  
essent. *ibid.*

PAUPERIBUS.

Haacius Angelus Imp. Græcus ita profusus erat ad mise-  
ricordiam, & beneficentiam erga pauperes, ut quicquid un-  
decimum per vim, & injuriam partum acceperat, id rursus  
utraq; manu effunderet. Eaque de causa etiam pecuniam à  
pauperibus exigebat, in eo errore versabatur, ut de non pec-  
care persuasum haberet, quod hoc modo isdem restituere-  
tur. *Nicot. l. 3.*

IMPROBIS, INDIGNIS, IN GENERE.

L. Sylla hatam bonorum publicatorum adeò superbè, &  
& tyrannicè sedens pro Rostris, exercuit, ut creptionibus  
ejus graviores essent condonationes: qui venulit mulieribus,  
lyricis, & gæonicis, & histronibus, & scelestis libertis  
gentium agros, & civitatem concederet victigalia: non  
nullis nuptias, inivitis ad connubia adactis fecimus. *Plut. in  
Sylla.*

AMASIS, MERETRICIBUS.

Athenienfis quidam bonis suis omnibus distractis, pretium  
Alciabiadi, amoris ergo, donavit. Cui tamen ad cenam vocato  
aurum omne reddidit. *Plut. in Alciabiade.*

Scribit Theopompus, Phayllum fuisse mulierum studio-  
sum, qui Phocenium erat tyrannus. At Onomarchum puero-  
rum, atque ex his, quæ Deo fuerant deposita, Sicyonii Pytho-  
dori filio Delphos profecto, comamque tendenti, cum esset  
formosus, cum ipso congressum, quatuor aureas strigiles Sy-  
baritarum donaria largitum fuisse. Bromia tibi canis Diniade  
argenteum carthesium Phocenium donarium Phayllus tradi-  
didit. Ipsa etiam Pythia erat cantatura, nisi fuisset à populo  
impedita Lycollæ verò Tricolæ F. Phycida formoso admo-  
dum Onomarchus coronam Daphnes donavit, quod erat  
Ephesiorum donarium. Cum ad Philippum hie puer esset ad-  
ductus à patre suo, ibi etiam prostitutus, nullo quæsto factò  
abivit. Damippo Epilyci Amphipolitiæ filio ob formam Plit-  
henis donarium donavit Onomarchus. Pharfalia Thessaliæ  
saltatrici Philomenæ auream coronam Daphnes tradidit,  
quod Lampæonorum erat donarium. Ipsa verò Pharfalia,  
cum vox reddita esset in foro vitibus ex ærea Daphne in Me-  
tropolitano, quam Metropolitani exerebant tempore peregrinatio-  
nis Aristi Proconnessi, cum fe ex Hyperboreis accedere  
dixisset, quàm cistissime visa est in forum irumpere, ac de-  
mentibus factis vitibus ab ipsis est discepta. Cum postea  
quæretur causa ab hominibus, comperit eam, cum dilania-  
tam fuisse, quoniam deæ habebat coronam. *Athen. lib. 13.  
cap. 26.*

Anytus Anthemonis F. amore deperibat Alciabiadis. Qui  
cum hospites nonnullos invitasset, vocavit hunc quoque ad  
cenam. At hic venire abnuvit, sed domi cum fodalis merfus  
vino ad Anytum comestibundus profectus est: foribusque tri-  
clinii affans, & contemplatus aureis, & argenteis refertas po-  
culis mensas, pueris suis iussit dimidium ejus auferre, ac do-  
mum ad se transferre: nec dignatus tamen est introire, verum  
his actis digressus est. Stomachantibus hie hospitibus, indi-  
gnamque rem esse fremitentibus, & insolentem: Immo, inquit  
Anytus, benignam sententiam, qua licebat ei tollere universa,  
horum nobis partem reliquit. *Plut. in Alciabiade.*

Demetrius Poliorcetes Athenas à Castandro Macedonum  
Rege liberaverat. Multis admissis id temporis in urbe illa  
delictis, & flagitiis, illud momordit, ut fertur, Athenien-  
ses possimum: quòd eum ducenta quinquaginta talenta ipsis  
propreè imperata ab Demetrio fuissent, precipitæque exa-  
ctio, & acerbe exercita: ubi coactum argentum vidit, La-  
mia iussit id, cæterisque meretricibus, quæ circa eam erant,  
ad smegma præberi. Pupugit enim civis pudor magis, quàm  
jactura, & verba, quibus est usus, quàm exactio. Sunt,  
qui Theffalis hoc, non Atheniensibus, referant accidisse. *Plut.  
in Demetrio.*

Diogenes Epicureus, qui genus à Seleucia Babylonie H  
ducebat, à Rege Syriæ Alexandro Antiochi Epiphani F.  
aliquando exceptus fuit: quamvis Stoicis non delectaretur  
disceptationibus, ob ridendi occasionem; cum neque à  
Regibus abstineret. Hic cum quidpiam à PhiloSophia lon-  
ge alienum pereret, ut vestem scilicet ferret purpuream,  
coronamque auream, quæ in medio Virtutis faciem præ-  
ferret: concessit ei coronam Rex. At ille eam amice cuidam  
Bacchanalia canenti donavit. Hoc cum audivisset Alexan-  
der, PhiloSophorum insignium symposium congregavit, &  
inter eos ipsum etiam Diogenem cum corona, vesteque ac-  
cumbere iussit. Atque cum hie præter decorum id fore dice-  
ret, cantatores introducti sunt: & inter eos etiam mulier illa,  
corona Virtutis coronata, vesteque purpurea induta accef-  
sit. Cum multis inde risus esset exortus, exurgens Philo-  
sophus, mulierem Dionysifcana canentem laudavit. Hunc  
Diogenem Antiochus illic, qui postea in regnum successit,  
cum dicta illius molestia ferrè non posset, interfecit iussit.  
*Athen. lib. 5. c. 10.*

De Marfæo, dum adulterium vitæ, scortatore prodigentis-  
simo, sic feribit *Horat. lib. 1. Satyra 2.*

Quon-

A Quondam Marfæus amator Originis, ille  
Qui patrium minima donat fundumque, lareneque,  
Nil fuerit mi, inquit, cum uxoris unquam alienis.  
Verum est cum nimis, est cum meretricibus, unde  
Fama malum gravius, quam res, trahit.

C. Jul. Caesar. M. Bruti matri Serviliæ filias H-S. mar-  
garitam mercaus est: & bello civili super aliæ donationes,  
amplissima prædia ex auctionibus hæstæ minimo addidit. Idem  
Maura, Bogudis uxori, immensa tribuit. Cleopatram in  
urbem accitavit, maximis honoribus, præmiisque auctam re-  
misse. *Suet.*

Longinus una domo mulieris unicum congressum emere  
solitus erat: ut habetur in Lege secunda, & in Lege, merca-  
lem. C. de con. obutus cau. *Guido Bituricensis.*

T. Junius cohortis prætoris Præfectus, penes Galbam  
Imp. plurimum poterat. Is Tigillinum Neronis magistrum,  
hominem impurissimum, auro corruptus, flagitante eum  
populo ad eadem, interfectis reliquis, fervavit. Surgens  
inde ab Imperatoris cæna, ad illum concessit comestium,  
ducens secum filiam viduam: cui propinavit Tigillinus  
duodecim H-S, & pellicum suarum primatice monile ius-  
sit collo suo detrahère, atque ex illius suspendere, quod  
B sexcentis millibus nummum dicebatur esse. *Plut. in Gal-  
ba.*

Fertur, Heliogabalus una die ad omnes circi, & thea-  
tri, & amphitætri, & omnium urbis locorum meretri-  
cis, testis cullione mulinico, ne agnosceretur ingressus,  
omnibusque meretricibus sine effectu libidinis auroes do-  
nasse addens: Nemo sciat, Antiochus hunc decorat. *Lam-  
pripid.*

MUSICIS.

Canus chorales, & tibiceni, cum Galbam in cæna oble-  
tasset, Imp. edictarios quosque donavit, prolatos manu sua  
peculiaribus loculis suis.

MINISTRIS GULÆ.

De Nome ntano, *Horat. lib. 2. Sat. 3.*  
Hic simul accepit patrimonii mille talenta,  
Edicit, piscator uti, pomarius, auctori,  
Vulgentarius, ac Tusci turba impia vici,  
Cum curvis fætor, cum Felabro omne Macellum,  
Manè domum veniant. Quid tum? Venere frequentes.  
Verba facit leso, Que quid mihi, que quid est horum  
Cuique domi est, id crede tuum: vel num. pete, vel cras.  
Acripe quid contra juvenis responderi æquus:  
In nive Lucana dormis creatus, ut aprum  
Corem ego: tu pisces hyberno ex aqore vellis:  
Seginis ego, indignus qui tantum possideam: aufer,  
Sume tibi decies, tibi tantumdem, tibi triplex.  
Unde usor media curra de nofle vocata.

POTORIBUS, HELLONIBUS.

Alexander Macedo Promachus, bibacissimum hominem,  
videtorem in vini certamine aurea corona donavit. *Curt.*

SCURRIS.

Sigifmundus Augustus Burrum Hispanum, celebrem scur-  
ram, quodam in convivio argento oneravit adeò, ut sub pon-  
dere deficeret. *Pontan. c. 16. de Liberalitate.*

PRDIGALITAS DATA PRÆMIA.

Consule Tit. Proditorum, quatenus præmiorum illis  
datorum mentio fit.

REMER, QUæ DANTUR. PUTA VINUM.

D Heliadotus scribit Antiochum Epiphanem, quem Polyb.  
Epimachem, hoc est, insanum, ob res gestas appellavit, fontem  
in Antiochia vino miscuisse, quod & Midam Phrygium dicit  
Theopompus fecisse, quod Silenium capere per ebrietatem  
voluit, qui fons est medius inter Medos, & Pæonias, Innaque  
nominatur, ut ait *Bion, Athen. l. 2. c. 2.*  
L. Sylla vinum etiam quadragenarium exhibuit suis convi-  
vis. Post finita ferecula, & exstauratum populum, magnam re-  
liquiarum vim in flumen transfundi iussit.

Julius Pompeius Secundus cenam olim Cajo Principi de-  
disse dicitur, in qua vinum CLX. annorum propinavit. *Plin.*

CORONÆ.

M. Crassus dives, primus argento, auroque folia imitatus,  
ludis suis coronas dedit. *Plin. l. 21. c. 3.*

POCULA.

Philotas Amphifsenfis Medicus, Alexandria allectus inter  
clientes Anyllii filii M. Antonii natu maximæ, cum apud eum  
cum aliis familiaribus cenaret, Medicum aliquando insolentem,  
qui multa negotia cocanantibus ipsis exhibebat, hac cavil-

latione repressit. Febricitanti aliquatenus frigida propinanda  
est: Omnis autem febricitans aliquatenus febricitat: Omni  
ergo febricitanti propinanda frigida. Ido homine, atque ob-  
mutescente, oblectatus Antonii filius risit, ac dixit: Hæc tibi  
Philota cuncta dono: ostendens multis, & grandibus poculis  
cumulatam mensam. *Plut. in Antonio.*

DOMUS, PRÆDIA.

Nero Meneratæ citharædum, & Spicillum Mirmillo-  
nem, triumphalium virorum patrimonii, adibusque dona-  
vit. *Sueton.*

DIGNITATES.

Nicolaus III. Pontifex, cognatos, & affines suos omni ra-  
tione extollere studens, Cardinales eos, & Legatos creavit:  
Reges etiam Tusciæ, & Lombardiæ creaturus, nisi mors anti-  
cipasset. *Hier. Garimbert. l. 3. de Vitis Pontific.*

LUDI, SPECTACULA.

Ex Prodigalitate sumptuaria hæc transferantur  
exempla. Illic Sumptus, qui fit, hic Munus in  
quod fit, perpenditur.

MODI. QUOMODO DANTUR.

PUTA

DONO.

Ann. XIV. quibus imperio præfuit Cæsar, bis & vicies millia  
donationibus est usus: id est, quingentes, & quinquagies cen-  
tesena millia aureorum.

Nero nec largiendi, nec absumendi modum tenuit. In  
Tyridatem (quod vix credibile videatur) octingenta num-  
mum millia diurna erogavit, abeuntique super H-S, milles  
contulit. Meneratæ citharædum, & Spicillum Mirmillo-  
nem triumphalium virorum patrimonii, adibusque do-  
navit. *Suet.*

LEGATO.

Rufcius Cæpio testamento caverat, quotannis curiam in-  
gredientibus Senatoribus certam summam viritum ab herede  
suo dari. Cum posceret Legatum annum Senatores: hæres  
autem hoc nomine recusaret, quòd ei turpe, & ambitiosum  
hoc Legatum esse videretur. Nam & quò civitati relictum  
est, Legibus peti non solere, si aliam ob causam, quæ ad  
ornatum, relictum est. Minime enim tutum esse, ne de com-  
muni, tantove civium ordine privatus unus, ac locuples bene  
mereri videatur: ideòque largitiones in vulgus, ac nimiam G  
quoque popularitatem multis olim exitio fuisse: certè suspen-  
dam semper esse oportere. Et hæc quoque ratione, si ut ven-  
tatio, aut spectacula edantur, legatum sit, vetitum esse in eas  
causas erogari. Denique ullo alio quàm bono publico, Sena-  
tores unquam in curiam venire, id verò omnibus modis esse  
indignissimum. His motus Imperator, legatum irritum fecit.  
*Sueton. in Domitiano.*

Januarius, cum religione initiaretur, quamvis apud Augu-  
stinum Hipponensem Episcopum duos filios marem, ac femi-  
nam in diversis haberet Monasteriis, bona tamen sua in  
pauperum usum divisit. At partem ejus pecuniæ sub filii no-  
mine retinuit, ut eam usque in maturum ætatis tempus illi  
reservaret. Contigit, ut is mortem obiret. Itaque ante testa-  
mentum condidit, detextisque pecuniam, quam habebat, suam  
esse, & ut suam monasterio relinqueret. Augustinus eam pec-  
uniam eum fraudulentam accipere recusavit, sed filii testato-  
ris tradit iussit. *Fulgos. & Egnat. l. 7. c. 7.*

Casimiri Magni Regis Polonorum testamentum, ob profus-  
as, & regno noxias donationes à Ludovico Ungaro, & pro-  
H ceribus Polonis rescissum scribit. *Cromer. lib. 13.*

MULCTA.

Demades orator divitiis sibi placebat, vel per nefas. Quippe  
cum Athenis id temporis lege cautum esset, ne ludis publicis  
saltaret peregrinus, aut mille drachmas Chorasus multam  
solveret: omnes peregrinos saltatores centum autut mille-  
nibus drachmas. Demæ filio uxorem despondens: Cui ego,  
inquit, matrem tuam, fili, ducerem, ne vicinus quidem sen-  
sit. Ad tuarum nuptiarum sumptus conferunt etiam Reges,  
& dynastæ. *Plut. in Phocione.*

L. Neratius homo egregiè improbus (auctore Gellio) eum  
pro delectamento haberet, os hominis liberi manus suæ palma  
verberare: servum comitem habebat, crumetam plenam af-  
fium portitantem. Et quemcumque depalmaverat, numerati  
statim secundum 12. Tabulas xxv. asses eidem jubebat.

Jacobus de S. Andrea. *Vide supra, Exercitatio prodig-  
galitatis in fin.*

VENEDITIO.

VENTIIONE.

A C. Julius Cæsar est duobus consulatus competitoribus, L. Lucio, & M. Bibulo, Lucejum sibi adiunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronunciaret. Qua cognita re Optimates, quos metus ceperat, nihil non aurum, cum in summo magistratu, concordii & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantummodo pollicendi, ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam clarigationem e Republica fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatus est. Suet. in Cæsare.

Scribit in Boemia sua Æneas Sylvius, centum aureorum millia cuique Electorum à Carolo IV. Imp. constituta, ad Venceslaum F. successorem creandum, & in pignus tradita fuisse, quæ sunt ad Rhenum vestigalia, certissimum quondam Imperii patrimonium, nunc Electorum Principum divisa hærent. Sic deplumatur aquila. Suscipere in pignus; sed inde firmaverunt, ut sacramentis præstitis ab Romanorum Rege nunquam liceat rescipi. Crantzii lib. 8. Fandaliæ cap. ult. lib. 10. Saxon. c. 3.

Secundat Ladoricus Hungaria, & Boemii Rex Agriam, quam morte Episcopi vacantem, ipse per Præfectum suum aliquamdiu tenuerat. Præfectus vulturem cicerem, & ad aucupium edoctum habuit, aucupem præterea vario prestigiarum genere, quo Rex maxime delectabatur, insignem. Petiit utrumque sibi dari Rex, Ad hæc Præfectus: Hæc, inquit, conditione dono, ut liber sim à ratione villicationis reddenda. Annuit Rex, nutumque literis, & annulo suo firmavit. Sic quadraginta millia aureum nummum decoxit. Dubravins lib. 33.

Ludovicus Bavarus Imp. civitatibus Italiae vilissimum pretio libertatem vendidit: ita ut Florentini sex millibus aureorum eam redemerint. Crantz. lib. 1. c. 1.

DISPERSIONE.

Notatus est apud Athenæum Antiochus Epiphaneus Rex, qui quod erat reliquum pecunie soleret emundare verius quam largiri. Interdum in viis publicis stans dicere consueverat, *αὐτὸν ἴσχυει διδοῦναι χάριτος*, id est, Cui fortuna dat, capiat, & abjecta pecunia discedebat. Erasmi in Adagis.

CORRUPTIONE, DESTRUCTIONE, JACTURA.

C. Julius Cæsar villam in Nemorensi à fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei respondebat, totam diruit, quanquam tenuis adhuc, & obærat. Suetonius.

PRODIGALITAS EN ΔΗΨΕΙ, NON ACCIPIENS, EXIGENSVE EA, QUÆ

vel honeste, vel saltem iure suo poterat.

Liberalitas *ἐν δὲ* in honesta non accipit, honesta accipit. Prodigalitas vero dum injustam acceptionem fugit, justam quoque magno cum rei familiaris dispendio stultè negligit. Alio itaque respectu ad Stultitiam, alio ad hunc locum pertinet.

QUI. VERBI causa MERETRICES.

Phyllidis meretricis stultam prodigalitatem hisce verbis persequitur *Martialis lib. 12. Epigram.*

Formosa Phyllis nocte cum mihi tota se præstitisset omnibus modis largam, Et cogitarem manū quod darem minus, Utinam Cosmi, Nicerotis an libram, An Bæricarum pondus acre lanarum, An de moneta Cæsaris decem flavos: Amplexa collum, basioque tam longo Blandita, quam sunt nuptiæ columbarum, Regare caput Phyllis amploram vini.

QUÆ, NON accipere VECTIGALIA.

Pius II. Pont. pecuniarum ulque ad vitium negligens fuit, ut ne aspiciere quidem sustineret. Itaque contracto aere alieno in sumptus bellicos paulo laxiore, & exhaustis vectigalibus unde suppeditare domesticis sumptibus pecuniam posset, coactus unum in triclinium, & ipsum admodum frugi familiarum omnem redigere, exclamavit: Et qui appeteret, & qui contemneret pecuniam, stultum esse. Sed neque rationem fisci vectigalibus, aut portorium auxit, neque decimas antea exegit, quam bello Turcis indicto, & tunc quoque moderatione adhibita, ne profani ultra quam trigesima gravaren-

tur, neve ad majorem summam infimi magistratus, quam supremi: utque Judæorum vigesima non ex preventibus, sed ex capite deducerentur. *Campian. in eius vita.*

PRODIGALITAS EN ΘΥΤΑΑΚΗ, NON CONSERVANS CONSERVANDA.

Prodigalitas utraque, *Sumptuaria scilicet, & Muneraria, hæc referri potest, quatenus non conservat sua, sed profundit, absomit, perdit. Et quidem ex sine dilingui potest, cum ea non conservet, vel luxurie causa, ut Hellioues, & Scortatores: vel ambitionis, ut qui ex hac profusione laudem qualemcumque aucupantur.*

QUÆ, NON conservare PRÆDIUM, AGRUM.

Æschines effudisse patrimonium omne Timarchum declarare volens, inquit, Matrem ejus filium orasse, ne fundum certum quandam alienaret, ut si nihil aliud inde commodi caperet, saltem haberet ubi mortua conditi, ac sepeliri posset, ac illum ne ipsi quidem prædium peperisset. *Vilhorius l. 14. Var. l. 8. cap. 21.*

LUCRUM ALEÆ.

Buræ Comes, cum aliquando à Gallorum Rege quadraginta aureorum nummum millia in alea vicisset, ac tum Rex Pulchrum herclè lucrum ad Buræ Comitum concessit, ut poterat, nummos omnes corripens per fenestras projecit: non lucri, sed animi causa se luisse testatur. *Pascobasius Juljus lib. 1. de Alea.*

CUR, NON conservare ob DESPERATIONEM.

Cum Xerxes exercitum in Græciam traducere pararet, ut auctor est *apud Xenodotum, Dicearchus*, Græci tantis viribus, quibus vix universis Orbis resistere, impares se fore metuentes, neque tamen Peris aquas, & terram dare volentes, desperatis rebus, facultates suas absumpserunt, ne multum reliquum fieret, quod hostis tollerent, ita dicentes: Hæc Medus non obprobretur. Eaque vox in Adagium abiit, ubi quis largus impenderet sua, ne venirent in aliorum manus. Veluti huius pecunias suas erogaret amicis, ut eas liberis turpiter abumpsuris subducatur, rectè dixerit, *τῶν αὐτῶν μισθὸς ἢ πῶς αὐτῶν.* *Erasmi in Adag.*

INSANIAM.

Heliogabalus Imperator naves divitiis onustas mergi iussit. *Lamprid.*

LUXUM, VOLUPTATEM, GULAM.

Abiligrutores, Decoctores proprie *Ex Tu. Poluprius studiosus in genere, hæc eorum exemplis, qui in voluptates omnia sua impendunt. Item Intemperantie fructus dignus.*

AMBITIONEM.

Crato Philosophus, dum Ephesi contemendatur opum ederet spectaculum, gemmas immodicæ æstimationis conundens, à Joanne Apostolo reprehensus fuit. Nam si pietati magis quam glorie studuisset, nunquam profecto illas contrivisset: sed potius venditarum pretio indigentibus succurrisset. Quam quidem sententiam & ipse postea est secutus. Lapillis quippe ab Apostolo pristina integritati restituit, miraculo ad fidem Christi conversus, quod ad suam ipse jactantiam instituerat, ad proximorum veritatem usum: jam factus edotus, sapientiam hujus mundi stulticiam esse apud Deum. *Martulus lib. 1. cap. 2.*

NEGLIGENTIAM.

Joan. Picus Miranda divitiarum tantus fuit contemptor, ut vulgò furti occasione dispensatori desisse coargueretur. Tabulas accepti, & expensi confirmari petente dispensatore: Et fidei, & perfidia campum habuisti amplissimum, respondit. Quid censura mea opus est? Si tibi quid debeo, quamprimum illud accipies: si tu mihi, vel in presentia si potes, vel in posterum solvito. *Joan. Francisc. in ejus vita.*

\* APOPTHEGMATA.

Chilon, cum videret adolescentem liberaliter, vel profusè potius, suum patrimonium aliis largientem, ait: Si sumptus magnos ubi non decet feceris, ubi decet, mox exiguos facies. *Max. serm. 61.*

Bion, in quandam, qui prædria sua devorarat: Amphiarum, inquit, terra absorpsit, tu terram. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Anaxagoras verissimè dicere solebat: Magno cum negotio pecunias comportari, sed multo majore opera conservari, ac custodiri.

Cui

Cui & Poeta Otvidius adsupplatur, qui ait:

A Non minor est virtus, quam quæverere, paratueri. Quemadmodum enim echinum, sic etiam nummos capere facilius est, retinere vero difficile. Sæpè enim pecunias, quas multo cum labore quis unquam vix comparaverit juxta Archilochum, eas unquam semel in unius scorti marsupium effundit homo ignavus, prodigus, & inutile terræ pondus. *Ælian. lib. 4.*

Socrates videns quandam facile omnibus gratificari, nulloque delecta suppeditare: Malè peras, inquit, qui gratias virgines, ut foras prostituisti. *Stob. serm. 14.* Hoc autem Maximus, serm. 8. ascribit Democrito.

Idem à prodigo petebat minam. Ille miratus improbam postulationem, rogabat, cur, cum ab aliis obolum petere soles, à me minam petis? Quoniam, inquit, ab aliis iterum me accepturum spero, à te vero an unquam posthac accepturus sim, *Θεὸς ἢ γὰρ οὐκ ἔστιν ἴστος*, id est, in Deorum genibus situm est: atque cum hoc Homeri Hæmisticium. Significavit autem, homini profuso periculum imminere, ne brevi redigeretur ad extremam inopiam, ut ne obolum quidem haberet reliquum. *Laert. lib. 6. Stob. serm. 13. Max. serm. 65.*

Idem præteriens prodigi cujusdam ædes, inscriptionem habentes, venales: Facile, inquit, divinabam fore, ut præ immodica crapula domum evomeres. Jam enim domum absumpserat, antequam venalem proficeret. Vomitus igitur erat ille verus, quam venditio. *Laert. lib. 6.*

Plut. Luxuriosorum vitam quali quotidie morientem effere dicebat. *Anton. in Max. serm. de prodigalitate.*

Idem divitem prodigum contemplantis, olivas edentem, & aquam bibentem: Si sic, inquit, præditesis, non sic cœnaret, *Eodem sermone.*

Timotheus in Aristophontem prodigum gravissimè invehebatur, inquit: Cui nihil satis est, eidem etiam nihil turpe. *Ælian. l. 12. de Var. bist.*

Epicurus dicere solebat. Cui pauca non sufficiunt, ei nihil satis esse. Alludens ad eos, qui cum habent, quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, non tamen sua forte contenti, amplissimas divitias, acopes petunt: quas si possiderent, diebus, ac noctibus, quæ parva leviter, otiosè ac prodigaliter deglutirent, ac concoquerent. *Ælian. lib. 4. Var. bist.*

Alexandro puero Diis largius facienti suffitum, ac fucinde ad thus accurrenti Leonides illius Pædagogus, qui tum aderet. Hæc puer, inquit, cum largè facies suffitum, cum regione devicisses, quæ thus gignit. Post eum eam regionem obtinuisse, memor ejus dicti, hæc sententia scripsi illi literas. Mitto tibi thuris, & calliæ talenta licet, ne posthac parcus fies Deos: cum non ignores nos positos regione odores gignentem. *Plutarch. in Apopht.*

M. Cato in Albidium, qui luxu facultates prodegerat, denique & ædes devorarat, novissimè consecretum incendium, quod reliquum erat, absumpsit, ita jocosus est, ut diceret cum secit proterviam. Id erat priscum sacrificii genus, in quo si quid superfuisset, servari religio erat, sed igni cremabatur. *Plut. in ejus vita.*

Alphonfus equiti subinde aliquid flagitanti, sed mox quod acceptat profundenti: Si pergam, inquit, tibi dare quod petis, citius me pauperem effecero, quam te divitem: nam qui tibi donat, nihil aliud quam inferi petulo dolio. *Panorm. de reb. gest. Alphonfus lib. 4.*

Lucianus in Menippe.

Theron Menippi filius patrimonium omne ad huc juvenis Turpiter lascivis sumptibus dissipaverat, Postquam vero Dædemon patris amicus ipsum vidit Jam excruciarum arida pauperis, Illachrymans ad se recepit, & maritum Suae conjunxit filia, magnam dotem largitus. Ut primum autem Theron præter spem ditatus est, Statim pristinos sumptus repetebat, Nihil non deliciarum indulgens ventri indecenter, Ac nefarie subventura libidini. Ita Theronem obruit secundo

Noxia pauperitatis reciproca munda. Cæterum Eudemon denuo decessit, non quidem illum, Sed filio suæ dotem, & nuptias. Cognovit autem, quod quisque malè usus est Rebus propriis, non possit esse fidelis in alienis. *Εὐθύων, ὅς τις ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀρχαῖς ἀνδρῶν*

Tis istis, *ἴσα πῶς ἐν ἀλλοτρίοις.*

Euphronii, qui è Græcis Comicis, dictum est. *Εὐφρόνιος ἀναστρέφει τὸν παῖδα Χρῖστου Ἐν οὐκείῳ ἢ μὴ διαφροσύνης πῶς οὐκ.*

Haud facile cumulus aservatur etiam longo tempore, uno vero die facile dissipabitur. Pythagoras Samius ita dicebat:

Μὴ διαφροσύνην τὸν πῶς ἀπορῶντος ἐνὶ οὐκείῳ. Μὴ δ' ἀπορῶντος ἰδιότητος ἢ τῶν πῶς ἀπορῶντος. quod sic vertit Urfinus Vellus. *Dilapidare cave nummos, seu neficias uti: Pelle tamen fordes; Modus optima linearum.*

De eodem hoc vitio ita ratiocinatus legitur apud Stobæum veterum quispiam. Prodigalitas, & avaritia exsuperantæ sunt, ac defectus, versanturque ambæ in duobus largiendis, accipiendisque pecuniis: sumptus enim refertur ad largiendum. Prodigalitas largiendo, & minus accipiendo modum desitit: avaritia autem largitur parum, sed accipiendo nisi in paucis ultra modum progreditur: Prodigorum igitur ferè opes augeri solent: neque enim facile est, eum, qui a nemine accipiat, largiri omnibus: celeriter enim defunt ad largiendum facultates iis, qui privati sunt, quales sunt ferè prodigi. Atqui cum sit ejusmodi, tamen videtur multo melior avaro: facile enim ad sanitatem traduci potest, ut progressu ætatis, & inopia coactus, F ad mediocritates pervenire possit. In eo enim sunt ea omnia, quæ sunt liberalis, quod & largitur, nec aliunde accipit: sed tamen neutrum faciens, nec decorum servat, nec acquiritem: qui si ad hujus mores reducat, aut aliàs commutetur, jam erit liberalis. Nam & quibus largiendum erit, largietur, nec unde iniquum erit, accipiet: quocirca non videtur depravatus, corruptisque moribus præditus: non enim scelerati est, aut ingeniosi, sed stulti largiendo, nec accipiendo finem, modumque transire. His igitur moribus prodigus præditus est avaro multo melior, cum ob eas causas, quas diximus, tum quod hic prodest omnibus, ille nemini, ne sibi quidem. *Stob.*

\* PRODIGALITATEM REPRIMERE, PUNIRE.

Uladislaus Jagello Polonorum Rex tanta fuit prodigalitate, ut non modo sicum exhauriret, verum etiam magnam partem regiarum possessionum immerentibus, & maxime venerationum, ac cæterarum voluptatum, quanquam non inhonestarum, asseclis, & ministris dilargiretur, ac tota interdum singulis hominibus donaret territoria: sic ut quodam tempore Martinus V. Pont. Max. prodigalitatem ejus inhibendam sibi esse duceret, dato ad Archiepisc. Leopoldensem mandato, ut donationes ejus rescinderet. In peregrinos hospitalis, & munificus. Nullum quamvis exiguum munus aspernabatur, nec eos qui donant, irremuneratos dimittebat. Aliquid petentibus à se, ferè dimidium ejus, quod petissent, largiebatur. Itaque duplum petebant, qui simplum auferre cupiebant. *Cromer. lib. 20.*

Carolus VI. Francorum Rex, quod profusissimus prodigensissimisque esset, modica viarii contentus esse non poterat. Nullus in eo largitionum modus. Auctores summorum, cum rationes in sicum referrentur, eas magna ex parte inducebant, tabellisque, quibus nomina munerisque data continebantur, hæc verba subscribentibus immo dicè datum: & repperat. *Æmil. lib. 9.*

Alphonfus Aragonum Rex, cum equitem deoatorem punire vellet, quibusdam à Rege magnopere petentibus, ne in corpore luere debita, que ille per luxum plurima, libidineque contraxerat, responderit: Equitem hunc neque sui Regis gratia, neque patriæ commodo, neque propinquorum, & amicorum ære alieno suscepto, tam grande patrimonium profudisse, sed omnem suam substantiam corpori indulsisse. In corpus igitur luere æquius esse, ut pœna malefactis ex quo respondeat, *Ant. Panorm. lib. 1. de reb. ab Alp. Rege gestis.*

Prodigium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Prodigium, Deorum mimæ, vel itæ, ut ait Non. Marcellus dictum, ut idem vult à porto adigendum. Alii dictum putant, quasi porro dictum, quod porro dicit: porro significet, & aliquid futurum esse portendat. *Aut. D. Aug. Tract. 15. in Joan.* aliter tamen Alciat. Qui prodigium dicit, quod mores faciant, per

per quod detrimentum expectatur. Id enim est prodigere. De verb. sign. Gr. *αἴμα*, Hebr. *Μαθηθ*, potentum persuasivum, signum persuasibile, quo quis movetur ad credendum. Deut. 13. 2. a verbo *ἴσχυα*, splenduit, fulsit, illuxit. Hinc Gr. *φῶς*, & *φῶρ*, lux splendor. Prodigia enim perstringunt hominum oculos, & mentes reddunt attonitas fulgore quodam extraordinario.

Hugo definit prodigium, quod porro dicit. i. quod aliquid significat, vel oculis proditur. Augustin. portentis notionem in eo ponit, quod porro dicat, hoc est futura pradicat. L. 21. de civit. c. 8.

Origen. in Joannem, *αἴμα* ait, sic prodigia Graci vocant; esse, quae praeter opinionem sunt, & humanam excedunt consuetudinem. Latini tamen plerumque in malam partem nomen prodigii accipiunt, pro minis, & ira Deorum, pro auguriis, & sinistris omnibus; unde divinationis apud profanos genus est *ἰσοπεσοστικίας*, quae de variis, atque insolitis in aere, aut elementis, apparitionibus, sonis, vel effectibus iudicat, quorum multa describit Julius Obsequens, Lycosthenes, M. Friccius Laubanus, & alii.

Attamen notavit Origen. tom. 13. in Joan. Prodigia sine signis non reperiri, at nonnunquam sine prodigiis.

Prodigiorum exempla petantur ex loco de Portentis, Divinatione, Revelatione, Cometa, Meteoris, Praesagiiis, Somniis, Eclipsib, Monstro.

Videatur August. l. 21. de Civit. c. 28. Picus lib. 6. de praenot. c. 6. Sirenus. l. 9. c. 19. & 20.

Proditio. Proditor.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Proditio, Graecè *προδοσία*, & *προδοσις*, proditor: *προδοσις*, prodo dicitur. Est autem prodere, fallere, & tradere. *Salvst. Antequam arceam prodoret hostibus*. Prodere est etiam manifestare. Unde & proditores, à prodendis consiliis hostibus dici possunt. Hebr. *Proditor Naqibic* dicitur, à verbo *Sagbar* inclusit. Solet enim proditor, quos prodere vult, verbis, & variis artibus includere.

PRODITIONIS MALA.

expressit ea brevibus Claud. de Ruf. *Heu heu! quam brevibus pereunt ingentia caulis.* Imperium tanto questum sanguine: tanto servatum quoad mille Ducum peperere labores. Quod tanti Romana manus contexit annis. Proditor unus iners augusti tempore vertit. Demofthenes proditorem pro hoste censet habendum. Vide infra de Parte proditionis.

PRODITORUM EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Patiente Saul vexationem à dæmone, David coram ipso pallebat, & ille nifus est eum configere parieti cum lancea quam tenebat. 1. Reg. 19.

Saul promisit se daturum filiam suam David, ut per hanc occasionem posset à Philisthis occidi. 1. Reg. 18.

Salvavit David habitatores Ceizæ, ab exercitu Philistinorum oppugnantium civitatem. Et tamen voluerunt eum tradere Saul amulo, ipsum ad mortem persequenti. 1. Reg. 23.

Postquam Saul flevit, quasi doleret de persequente David, & David ei juraverat, persecutus est eum ita nequiter, & acriter, sicut prius fecerat. 1. Reg. 24. 1. & 26.

Urias detulit ad Joab ex parte David, litteras mortis. 2. Reg. 11.

Ammon filius David, vocaverat sororem Thamar, quasi de manu illius cibum fumere deberet. Et postea oppressit eam. 2. Reg. 13.

Vocavit ad convivium Abalon Ammon fratrem suum, & ibidem occidit eum. eodem.

Cum salutasset Joab Amasam, quasi osculari eum vellet, percussit eum in latere, & effudit intestina illius. 2. Reg. 20.

Zambri Dux mediae partis equitum occidit Hela Dominum suum, & regnavit post eum 7. diebus tantum. Obfessus enim fuit, & succendit se, & palatium, in quo erat. 3. Reg. 16.

Sellum filius Jades, conjuravit contra Zachariam Regem Israel Dominum suum, & interfecit eum, & regnavit post eum uno mense tantum. 4. Reg. 15.

Cum oraret Sennacherib in Templo Deum suum, Duo filii sui percusserunt eum, sed tamen neuter eorum regnavit. E. post eum. 4. Reg. 19. 4. reg. ult.

Venit Ismael filius Nathaniae, & multi cum eo: & comederunt cum Godolia, quem praefecerat Rex Babylonis terra Juda. Et post prandium surrexerunt, & interfecerunt eum, qui nihil male voluerat credere contra illos. Jer. 40.

Quidam inimici Nehemias voluerunt scelus cum eo malitiosè componere, & cogitabant ei facere malum, dederunt etiam pretium, ut eum ducerent in peccatum. Neh. 6.

Duo janitores Regis Afluvi, qui in primo limine palatii residebant, voluerunt in Regem insurgere, & ipsum occidere. Est. 2.

Antiochus Rex misit tributorum principem in civitates Juda, & venit in Jerusalem: & loquutus est illis, qui erant intra verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruunt super civitatem repente. 1. Mach. 1.

Cum obfideret Antiochus Eupator Jerusalem, nec posset eam capere, misit ad illos, qui intras erant pacem facere, & receperunt illam, juravitque eis Rex: sed rupit citius iuramentum. Mach. 6.

Prolemæus Rex Aegypti quarebat obtinere regnum Alexandri generi sui dolo. Et cum intrasset civitates Alexandri cum magno exercitu, & reciperet in eis honorificè, de mandato Alexandri ponebat custodias militum in eis. 1. Mach. 11.

Videns Tryphon quòd Jonathan venit cum exercitu multo, iussit retineri paucos, & alios remitti. Num cum factum fuisset, captus est Jonathan cum mille, quos retinuerat, & alii sunt reversi. 1. Mach. 12.

Cum ambularet Tryphon cum Rege Antiocho adolefcente Domino suo, dolo occidit eum, & regnavit loco ejus. 1. Mach. 13.

Prolemæus filius Abobi, gener summi Sacerdotis, fecit convivium Simoni, & duobus filiis ejus. Et cum inebriati essent, occidit eos. 1. Mach. 16.

Cum venisset Apollonius Ierosolymam, simul quievit, usque ad diem Sabbati, & tunc feriatis Judæis ingentem multitudinem peremit. 2. Mach. 5.

Audiens Judas Machabæus, quòd illi, qui obfederant turres, uberant inimici Gentiles, pecuniam acciperent, & quosdam abire permiserant: illos tanquam proditores, & fratrum venditores interfecit, & consilium turres occupavit. 2. Mac. 10.

Omnes alias prodiones, in nequitia, & perversitate superat illa, quam facinorosissimus Judas contra Dominum procuravit, qui Dominum, & magistrum suum vendidit pro tantillo pretio. Etiam in manus hostium tradidit osculando. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 18.

Judas de Apostolorum fastigio in proditionis tartarus labitur, nec familiaritate communi, nec intentione buccellas, nec obsequii gratia frangitur, ne hominem tradat, quoniam Filium Dei noverat. Hier. in Epist. ad Ruf.

Instrumento pacis mortem interrogat servus Dominum, discipulus magistrum sic prodit, quasi, inquit, per instrumentum pacis perimus ipsam pacem, de osculo machinatus ipsam proditionem. Amb. in Matth. 26.

Accesserunt quidam Judæi ad principem Sacerdotum, & Seniores, dicentes eis: ut facerent, quòd Tribunus Lyfias, qui Paulum tenebat vinctum, adduceret illum in medium, tanquam si essent de eo aliquid certius cognituri, ipsi verò parati statim erant interficere illum. Act. 23.

In feria illa, & pererudita concione, quam B. Stephan. Levita habuit ad Seniores, & populum Judæorum in ipso eorum Concilio, vocat illos proditores Christi. Act. c. 7. vers. 52. vel quia Judas, qui erat unus ex illis, fuit proditor, cui dato pretio confenserant. Matth. c. 26. vel quia cum Gentibus, & Pilato traderant, vel quia illum, à quo tot fuerant beneficiis affecti, ad mortem poposcerant: est enim proditio quaedam ingratitude; & quem quinque ante diebus tanto triumpho exceperant. Matth. c. 21.

EXEMPLA HISTORICA.

PRODITORES.

Complectimur hoc Tit. omnes eos, qui vel iudicio, vel defensione, vel exhibitione, vel deductione alios aliorum iniuria exponunt; quod Latini *Prodere* vocant. Itaque hoc etiam *Transigam* titulus referri potest. Consule Tit. *Pena proditorum*. Item, *Pena perfidiae erga principes, patriam, amicos*. Item Tit. *Perfidiae erga eosdem*.

QUI

QUI TUIS REGES.

Defecerat Sidonià Rege Artaxerxe. Tennes Rex Sidonies ab Aegyptiis Græcos mercenarios milites ad quatuor milia, quibus Rhodus Mentor quom exercitum contenderet, cum Rex Babylone in Phœniciam eum exercitum contenderet, Mentor, ejus magna erat Sidone potentia, auditò ingentem numerum Perfaram adventare, judicans Phanicis eis minime pares esse, saluti suae privatum consulere statuit. Itaque ex suis familiaribus Thesalio-nem clam Sidonis omnibus misit ad Artaxerxem, Sidonem ei prodere recipiens, simulque ad bellum Aegyptium eum co proficisci: in quo, upote joculari, & eruptionum, quas Nilus faceret, cognitionem exactam habens adiumentum magnum afferre posset. Thesalio-nem omnia ea narratens Rex audiens, mirificè est gavissus: commissaque defensionem gratiam Mentori se facere respondit. Tunc Sidonem Thesalio reverfus, Mentori, quæ egisset, renuciavit. Tennes in proditionis societate acceptus à Mentore, hanc reliquit loci quidam praesidio in urbe, ut proditionis negotium curaret: ipse cum militibus sexcentis egressus, simulavit eundem esse ad Phœnicum quandam conventum: accepitque secum nobilissimos centum civis, veluti forent consiliarii. Cum jam had longè ab ipso Rege esset, comprehensos eos centum Sidonies tradidit Artaxerxi. Qui Tennes ut amicum benigne accepit: acceptum vero illos, veluti defensionis auctores, telis obrui fecit. Advennerat & ex urbe quingenti priores viri rami oleæ præsentis ei supplicantes. Ibi Rex Tennes seductum, Num urbem sibi posset tradere, esse percontatus: (plurimum namque laborabat, ut citra pactionem ullam Sidonem reciperet, quò clade aliqua immani eam afflicteret, reliquis urbes castigatione ea perterret.) Tennes se id factum confirmavit, Rex impotentem itam in anima fovens, omnes eos quingentos viros supplicanti-um insignia gestantes, confodi fecit. Tennes postmodum ad mercenarios Aegyptiorum milites accedens, eis persuasit, se, & Regem intra mœnia reciperent: perque humilissimo proditionem Sida in Perfaram potestatem devenit. Tunc Rex, cum Tennis operam non amplius indigeret, eum interficere curavit. Diod. lib. 16.

DUCES.

Cilicon, aliàs Achæus, Meropi filius, à nutrice Cilissa, patriam Miletum Priemensis prodidit, cum dux exercitus esset. Fuit autem dives: unde proverbium: Bona Ciliconis habet. Rogatus autem sapè, Quid acturus esset, respondebat: *ἄνευ τῆς ἀγαθῆς* Bona omnia; unde proverbium: Omnia bona, ut ajebat Cilicon. Sed tandem cum ad Theagenem quandam carnes empturus, ingressus esset: sique iussisset monstrare, unde restari vellet: extantem ab eo manum amputavit. Ista, inquit, manu non prodes urbem aliam. Suidas.

Diogentius Erythreorum Dux, proditor suorum militum amore Polyæta puellæ. Vide Tit. *Hostibus prodendis fidem erga patriam declarare*.

Clades, qua affecti sunt ad Aegos flumen Athenienses à Spartanis, non iusto pralio, sed Praetorum proditione, quos pecunia hostes corrupserat. Dona enim à Lyzandro Tydem, & Adimantum accepisset, ejus rei testimonium ex Sybillinis carminibus asserunt:

*Ac tum Cecropidis luctum, gemitusque ciebit Jupiter altronans, verum cui summa potestas. Navibus exitum, & duro crudelia bello Ille feret: culpaque ducum dabit omnia pessum, Pausan. in Phocicis.*

MILITES.

Consule Tit. *Ad proditionem hostium milites impellere*.

EPISCOPI.

Mortuo Ludovico Francorum Rege, Carolus Lotharingæ Dux patruus ejus, ad capessendum regnum in Galliam venit: sed Gallis, eo quòd Germanorum imperio profus addictus fuisset, minime probatur. Obvium igitur habuit Hugonem Capetum, valida factiosorum manu supatum. Commisso ad Laudunum urbem pralio Caroli exercitus cadit; ipse Dux fuga elapsus, Laudunum urbem ingreditur, ubi uxor ejus commorabatur. Noctua ab Anselmo Laudunensi Episcopo (quem Naucleus Anselmum vocat) reserat portis, Hugo intravit: qui vincitum Carolum ad Aurelianenses cum uxore carceri includendum misit. Robertus Guzpinus lib. 5. & Paulus Amilii lib. 2.

Henrico IV. Salomonem Hungaricæ Regem in regnum resititute volente, Geysla, qui Salomonem ejecerat, immensis lar-

gionibus Germanos Principes, imprimis verò Patriarcham Aquilejensem corrupit: ut partim somniorum terr. calamen-tis, partim falsis prodigiis, partim vanis consiliis Imperatorem à suscepta expeditione remorentur. Id quòd effectum dedere, seditionem militum missionem petentium astute excitata. Bonfin. lib. 4. Dec. 2.

NUNCII. LEGATI.

Dositheus cliens Hyrcani, feceri Herodis Regis, missus ab eo cum literis ad Malchum Regem Arabum, quibus Hyrcanus fugam meditabatur, literas eas Herodis tradidit. Et Herodis consilio denuò obfignatas ad Malchum detulit, & cum Malchus Hyrcano opem polliceretur, Malchi quoque literas Herodi ostendit. Tum Herodes Hyrcanum virum optimum, annum agentem octogesimo, interficiendum curavit, cum jam pridem occasionem aliquam eum necandi quaereret. Joseph. l. 15. c. 9.

Pallantide, qui speraverant regnum se, orbo defuncto Aëge, occupaturos, ut declaratus Theues successor ejus est, iniquo animo id ferentes regnare adopratum à Pandione Aëge, neque ulla contingente Erechidibus cognatione: nunc autem iterum advenit Thefa, & hospitem regnaturum, bellum moverunt. Erat caduceator in cetero illorum Agnifus Leus nomine. Hic detulit ad Thefa consilia Pallantidarum, qui repente infidiatores adortus, cunctos oppressit. Ea re nunciata, Pallantis cohortis dissipata est. Inde ajunt Pallentiorum curæ cum Agnifus conubium non esse, neque pronunciarum ex illorum more, Audite Leos, quæ dictio populum significat: nam ob illius proditionem est nomen hoc iis execrabile. Plat. in Thefo.

Lacedæmonii Ariftum legatum Siracufas mittunt, nomine quidem ad solvendam tyrannidem, sed re magis ad reliquias juris popularis everendas, Dominumque tyrannidum confirmandum. Arbitrabantur enim Dionysium, si sua ope communitum imperium, remque stabiliorum cerneret, ejus se opera, cunctisque opibus pro arbitrio ufuros. Ariftus Syracufanorum concione habita, cepit eos ad pristinum statum hortari, pollicerique operam suam ad recuperandam libertatem. Inter hæc Nicoctem Corinthium Syracufanorum præfectum neci dat: quos ex civibus adductos suasionibus induxerat, Tyranno prodidit, atque ita sublatis de medio adversariis Tyrannicas partes auxit, & corroboravit: neque veritus est tam tetro facinore, perfradum, & proditorem G fivummet ipsius nomen, patriæque majestatem sedulimè inquinare. Diod. lib. 14.

Theodericus Metensium Rex ad Hermentfredum Regem Thuringorum sapè victum, ne bellum resumptis viribus renovaret metuens, missi legationem de pace. Credidit Rex, & quòd verum esse cupiebat, facile persuasum habuit. Jam egerat cum Iringo legato Hermentfredi Theodericus, ut in suo conspectu Dominum perimeret. Ergo ubi Hermentfredus procidit, ut genua regis amplecteretur: Iringus stricto gladio eum confodit. Theodericus proditorem mox abire præcepit. Iringus furens jam, certus mori, gladium intorsit, ut Theodericum cederet: sed frustratus in se vertit enslem, & Dominum cadens amplexu petivit. Theodericus promissam Saxoniibus terram donavit: urbem, quam expugnare, perpetuò concessit habitandam. Hæc ex Saxonom hist. Crantz. lib. 1. Saxon. cap. 27. 1. 28. & Emil. lib. ....

Anno Salut. 796. Carol. Magnus cxxxiv. millia contra Saracenos duxit, Argolandum superavit, Hispaniam subegit, erant adhuc Marfurius, & Belingandus debellandi, quos Babyloniè Admurathus ad Hispanias obtinendas miserat. Urigitur bellum, quòd jam magna ex parte profligatum habebat, exitum perduceret, Ganalonum (quem Ganum circulatores vocant) ad hos misit Carolus, ut has illis conditiones ferret, uti Christi fidem, & pacem acciperent, atque certum auri, & argenti sibi pondus tributi nomine penderent. Peregit Ganalonum Caroli mandata: ceterum hostili auro captus, ex caduceatore factus est proditor, cum Marfurius, & fratre consilium caput, qua vi, qua arte, omne Gallici exercitus robur his præbeat trucidandum. Magno itaque auri pondere ab hostibus accepto, auctor fuit Regis, ut Ciffareos portus cum cetero exercitu transgressus, Rolandum cum viginti millibus lecturum milium relinqueret, qui tributum ab hoste acciperent, essentque subsidio suis, siogens aliquo inconstans, in Pyreneo superando novi aliquid moliretur. Rolandus, ac lediffimi ducum, qui cum eo relictis sunt in Runciavalle (id est loco nomen) in

H

Yatco-

Vasconibus castrametati sunt. Hos Marfurius, & frater, qui in eam stabant occasionem ere...

Cum Mastinus Scalanus Venetorum, sociorumque armis premeretur, Marfilium Carrarium Patavinum Venetias milit pacis causa...

Conradus Dux Glogoviensis bellum adversus Henricum Legnicensem animo verbat, ob interversum Uratislavienfem dominatum...

QUID. QUI PRODIDERE REGNA, REMPUBLICAM.

Phryno, & Philocrates, ambo proditores, alter ob proditorem Athenis exulavit, & ob lenocinium male audit: Phryno autem ob profuturum suum filium...

dolos, in senatus Veneti tutelam Venetias cum uxore, & reliqua familia confugit. Qui tanta cum benignitate excepit...

Pharneus Cypretes Ventidii exercitum contra Parthos prodere nititur. Commentiolus Dux prodit exercitum Barbarorum.

Philippus frater Antiochi Dionysii Syriae Regis, opera Milesii arcis praefecti urbe Damascenorum perit, per ingrati-nem non remuneravit eum...

Mortuo Philippo Maria Vicecomite Mediolanensem Duce, Franciscus Sforzia, quod Philippi genere esset, principatum ambit, & inita cum Venetis societate Mediolanum obedit...

Donati Raffagnini Mediolanensis in ea urbe arcis praefecti, Trivultii promissis corrupti opera ceperunt: ab eo enim per arcem in civitatem introduci, omnes milites partim...

Senex quidam Petram Arianorum Alexand. proditor. Bello Neapolitano anno 1451. Mortam Rufam castellum munitissimum...

Nicolaus, Henrici Ferreri Hoflatz Comitit frater, domi sedens dum ille peregre militat, arcem, quas in Julia tenebat...

Nicolaus, Henrici Ferreri Hoflatz Comitit frater, domi sedens dum ille peregre militat, arcem, quas in Julia tenebat, cuidam eus gentis Militi...

Europae vires, & arma nihil praeter praefecti fidem, atque virtutem desiderari poterat (non populo modo Mediolanensi, verum Gallico quoque toto exercitu, ob perfidiae magnitudinem admiratione capto) Bernardinus...

Amphares, Demochares, & Arceffilus Spartani, proditores Agidis. Equites Mithridatis filias Pompejo produunt.

Perseus Macedoniae Rex Sathothraciae obfessus a Cn. Octavio, cum Oorande Cretense, cui thesaurum suum commiserat, liberis se dimisit ad mare...

Bello Judaico, Giscal Galilee oppido a Tito exciso, Joannes Dux Hierosolymam confugit, & factioni Zelotarum clam favens...

Pisidz senes Alcatam produunt Antigono. Ceilani Davidem, a quo contra Palaestinos defensi fuerant, Saulo Regi tradidissent, nisi divino monitu oraculo aufugisset...

EXERCITUM.

URBEM.

ARCES.

REGES.

SOCIOS.

EXULES.

SUPPLICES.